



3.
4.

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
OPHTHALMIA INFANTVM
RECENS NATORVM.

QVAM
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO AVGVSTO
DVCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET
GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.
GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS
AVCTORITATE
PRO GRADV DOCTORIS
MEDICINAE AC CHIRVRGIAE
A. D. XVIII. FEBRVARII CIO IO CCXCI.
PVBLICE DEFENDET
AVCTOR
IOANNES GODOFR. GOETZ
DRESDENSIS.

I ENAE
TYPIS GOEPFERDTIL.

MESSIAHIS MATERIALE
OPHELIAM TITANIA
RECHERCHATORIUM

RECOLLECTORIE VENATIONE ET PRAEFECTIO
SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO
DOMINO

CAROLO AVAGATO

GRATIOSI MEDICOTYU ORDINIS
PROGRADUA DOCTORIS
MIDICENTE AC QUINTAVO
A.D. XVII. SEPTEMBER. 1613. DECIMUS
TERTIOR. OCTAVIUS
VACATOR.

JOVANNIS GODOLII GOETZ

V I R O
PERILLVSTRI EXCELLENTISSIMO ATQVE
EXPERIENTISSIMO
IOANNI GVIL. FRID. DE IAHN
SACRI ROMANI IMPERII NOBILI
MEDICINAE DOCTORI
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARIO
AVLICO ET ARCHIATRO REL.

NEC NON

VIRG

INVENTARIUM EXCELSITATISSIMO AUCTORI

EXCELSITATISSIMO

JOANNI GALLI HERD DE LATHIN

SCVLPI ROMANI IMPERII NOBIS

MEDICINAE DOCTORIS

SCVLPISSIMI ULTRICIORIS SAXONIAE CONSERVATIONE

AVICCO ET ARCHIATRIS ETC.

1700

VIR O
PRAENOBILISSIMO CLARISSIMO ATQVE
DOCTISSIMO
GEORG. SIGM. HOFFKVNZ
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
CHIRVRGO PRIMARIO RELIQVA.

PA-



PATRONIS ET FAVORIBVS

AD CINERES VSQVE COLENDIS

HAS PRIMITIAS ACADEMICAS

PIA ET GRATIA MENTE

D. D. D.

ATQVE SE DE MELIORI COMMENDAT.

A V C T O R

103

PROLOGUS ETIS PRO HOC EDITIONE. PROBLEMA V. DE TITULIS
ETIUSMAD. ENDETIS QVAM SIC TITULIS DICTA HABENTUR.
ALIO PROBLEMA V. DE TITULIS HOC. ALIO PROBLEMA
HISTORICO. HISTORICO ENDETIS TITULIS TERRIBILIA
TERRIBILIA. TERRIBILIA ENDETIS TITULIS TERRIBILIA.
ALIO PROBLEMA V. DE TITULIS HOC. ALIO PROBLEMA
HISTORICO. HISTORICO ENDETIS TITULIS TERRIBILIA.
ALIO PROBLEMA V. DE TITULIS HOC. ALIO PROBLEMA
HISTORICO. HISTORICO ENDETIS TITULIS TERRIBILIA.

PROOEMIVM.

Doctoris gradum ambientibus per leges et statuta ma-
iorum propositum est, vt specimen doctrinae medicæ
quoddam elaborent, atque publicae ventilationi aduer-
sariorum exponant. Perarduum tunc maxime tironibus
est consilium, quod argumentum e multis potissimum
eligant, cum nihil fere supersit, de quo non sit dictum
prius. Id quod et omnibus accidisse compertum est,
ideoque a me quoque non fuit alienum, anxiū et du-
biū potius me in delectu haesitasse lubens confiteor.
Elegī denique hanc *de ophthalmia infantum recens natorum*
materiam, partim quia non penitus tritam et sexcenties
decantatam eam existimauī, partim quia, auspice ac du-
ce Viro Illustri et Excellentissimo, STARKIO, morbum
ipsū

ipsum obseruare mihi contigit. Postulat, immo vero
iubet pia et grata mens, Praeceptoris atque Fautori sem-
per degenerando publicas iam agere gratias. Is enim
potissimum fuit, qui necessariis ad id argumentum elab-
orandum me subsidiis benigne instruxit et locupletata-
uit. Quod reliquum est, LECTORES BENEVOLI, primis
meis conaminibus faueatis, et a iuuene in arte non ea,
quaes a viro postulanda sunt, desideretis etiam atque
etiam rogo.

SECTIO

SECTIO PRIMA NOSOLOGICA.

Introductio.

Tertera hominum aetas inde a prima nascentia morbis est obnoxia et plurimis, et grauissimis, qui exercitatum saepius et acre medici ingenium atque industrium postulare videntur, ita, ut in iis rite dignoscendis atque bene diiudicandis omnis medicorum cura et industria saepissime nihil plane efficere valeat. O misera tellorum sors, quam meliorem reddere quiuis omnino probus medicus studet et studebit! Quantam igitur laudem merentur, qui doctrinam de infantum morbis a priscis et recentioribus plane neglectam dilucidare novis obseruationibus et correctionibus augere et emendare sunt conati. Est hoc saeculi nostri praecipuum beneficium, ut principes medici, e quibus ROSENSTEINIVM, saluis aliorum meritis, solummodo nominasse sufficiat, summam curam et industriam in hoc morborum genere ilstrando collocarint. Quae cum ita sint, ignoscant L. B. tironi, qui ad magnum istud et graue profectio opus testeram, licet perexiguam, conferre et morbum aliquem recens natorum paullo curatius explicare voluit. In pertractando vero arguento ita versabor, ut altera seccio nosologiam, aetiologiam, semiotiken reliq. altera vero therapiam morbi secundum caussas varias variam,

B

nec



nec non obseruationem quandam de hoc morbo continet.
at. Nunc vero ad ipsam rem est properandum, quoniam breues instituti limites me multum ac copiosum esse vetant.

§. I.

Paullo post partum die quarto aut quinto tument paruolorum palpebrae *a*), et tumor sensim augetur, interdum ita, vt oculi claudantur, et vix vi adhibita aperiri queant *b*). Rubet tunc tumor et dolet, effluit humor ex albo flauus, interna palpebrarum facies inflammatia et rubens obsernatur, materia, quam glandulae irritatae emitunt, glutinosa est, cilia afficit et conglutinat, tandem crassercit et puri similis redditur. Maiores in modum aucta inflammatione, lympha cruenta aut sanguis ex oculis stillat, vnde inflammatio ipsa et tumor nonnunquam leniuntur et abiguntur *c*). Quodsi non sit, extenditur inflammatio ad tunicam oculi coniunctivam, et ipsas genas afficit. Occupat hicce morbus plerumque utrumque oculum *d*), nonnunquam vero et vnum. Superuenit entropium vel ectropium. Pus, quod libere effluere nequit, ipsas palpebras, oculi bulbum, nec non tunicam corneam afficit et laedit. Inde eius maculae, hypopion et staphyloma generantur *e*). Vehemens tussis et nonnunquam capitis exanthemata

mi-

a) *Ioh. Chr. Reil* Memorab. clinico-practicor. Vol. I. Fasc. I. Hallae 1790. 8. p. 106. *Der englische Kinderarzt*. Leipz. 1786. Seite 257.

b) *Benj. Bell's Lehrbegriff der Wunderzneykunst aus den Engl. III. Theil*, Leipz. 1784. Seite 255.

c) *Reil* I. c. p. 107.

d) *Bell* I. c.

e) *Selte Medicina clinica*, Berlin 1789. 8. p. 445. *James Ware* Remarks on the Ophthalmia, Pterophtalmia and purulent Eye, London 1780. 8.

miseros vexare solent. Animalia quaedam similiophthal-miae quoque obnoxia esse auctor est Cl. REIL f). Accedit interdum, ut a hoc morbo ciliis infantes omnino priuentur. Scrophulosum miasma et venereum, quod interdum sones huius morbi princeps esse v detur, varia praeterea symptomata producit, unde, quae ipsius vitii natura sit, indagare possumus atque expiscari. Oriuntur inde pustulae variae, vlcuscula oris, labiorum et genitalium, verrucae in ano, reliq. g).

Extenditur morbus saepius ad tres, quatuor aut plures hebdomadas, nonnunquam intra aliquot dies finitur, praesertim iusta adhibita medendi methodo h). Ad morbos topicos hanc infantum recens natorum ophthalmiam plerunque referri posse quidem lubenter credo, attamen non nego, hoc assurum nonnullas exceptiones subire, v. e. si orta fuerit a meconii aut bilis resorptione, ab specifico humorum vitio variisque aliis causis mox explicandis. Hoc in casu ad sunt plerunque certa quaedam symptomata, a quibus ad depravatum humorum habitum concludere possumus, v. e. icterus, exanthemata varia, status cachecticus i) reliq. quibus praesentibus, hanc ophthalmiam ad morbos topicos non pertinere facile concludere medicus potest.

§. II.

Potest vero morbus noster, sicuti reliquae inflammations, a stimulo quodam oculo extrinsecus vel intrinsecus illato facile oriri. Causae igitur occurrant ex-

B 2

f) I. c. p. 105.

g) MELLIN Kinderarzt, Lempten 1781. Seite 116. LIEVTAVD Inbegriff der ganzen medicinischen I saxis IV. Thail. Frankenthal 1785. Seite 211.

h) Mellin I. c. p. 85.

i) Reil I. c. p. 108.

ternas et internas. Id quod ex antecedentibus facile patet. Oculos enim infantis recens nati, irritationis adhuc fere expertes, peracto feliciter partu, insolito aeris lucisque impulsu vehementer affici, et naturalem irritabilitatem eorumdem incitari atque augeri, nemo artis prudens dubitat. Quid igitur mirum, si austerioris aeris violentiae et iniuriae aut candelarum nimio splendore, quid? quod solis radiis expositi tenellorum oculi inflammatione graui afficiantur? Irritationibus istis affectae glandulae Meibomianae et viae lachrymarum iusto largius et cerebrius officio suo frangantur, irritantur iterum iterumque palpebrae, stagnat mucus, acer fit, crassescit, palpebras conglutinat et inflammationen producit. Ipse quoque aer, in quo pusilli degunt, excretionibus variis impuris putridis aliquique vaporibus atque acrimonis impraegnatus, idem vitium efficiere valet. Hinc, bene monente Cl. REILIO b), in nosocomiis maioribus obstetriciis haec ophthalmia fere endemica et epidemica observatur. Id quod ex hac sola causa fieri perquam probabile est.

Fumus quoque, quo hominum plebeiorum et ruricolarum habitacula abundant, multum ad inducendum istum morbum conferre potest, cum ut plurimum istis nihil foedius, nihil magis contaminatum reperiatur,

Frigidum aerem, maxime post Ieuem sudationem corpori temere admissum, in adultis saepius ophthalmias procurare, ipsa experientia compertum est atque extra dubitationis aleam positum, quidni idem facilius recens natis aeri viarum vel aedium sacrarum frigido incautius expositis eueniat?

§. III.

¶ l. e. p. 108.

§. III.

In partu ipso quoque saepius causa mali et praeparatur, et generatur. In quibus collocari debet difficilis et praeternaturalis partus, incanta et inepta forcipis aliquorum instrumentorum applicatio, versio infantis in utero male suscepta, variaque alia obstetricantim vitia commissa. Rudes, audaces et violentae obstetricis encheses sub partu et post partum saepissime quoque causam huius morbi constituant. Optima enim instructio atque eruditio obstetricum nec rudes mores, nec superstitionem harum muliercularum extinguere valet.

§. IV.

Ad causas externas, quae irritando morbi somitem constituunt, refero quoque miasma venereum, quo infantes in partu a matre, blennorrhagia venerea aut vlcsculis venereis in vagina laborante, affici possunt. Pus miasmate venereo foetum, in genitalibus matris praesens, tenellorum oculos omnino laedere, aut ad angulos oculorum penetrare posse, probabile non solum, sed etiam crebriori experientia virovm fide dignissimorum confirmatum est, qui hoc morbi genus rebus sic circumstantibus, in maioribus nosocomis obstetriciis obseruarunt ^{h).} Compertum est in adultis ophthalmiam ortam esse, cum post tactum aegrorum blennorrhagia laborantium digitos impuros oculis improuide apponenter. Id quod VAN SWIETEN et plures recentiores medici obseruarunt ^{m).} Nonne igitur id, quod in adultis sit, etiam in tenellis, quorum oculi maiori irritabilitate gaudent, et in quibus apta virus suscipiendo ratio adest per

B 3

va-

^{h)} CONF. Salzburgische medicinische Zeitungen 1790. no. 95.

^{m)} GIRTANNER Abhandlungen über die venerischen Krankheiten. Göttingen 1788. 8. 1sten Band. Seite 158.

JOHN.



vaginam matris impuram transeuntibus, fieri poterit? Sunt quidem alii, qui miasma venereum a patre aut matre infantii ante partum, et in vtero adhuc versanti, tradi posse credant ⁿ⁾). Sunt alii, qui hoc praefracte negent. Quam vere, viderint alii. Mei enim non est

Tantos componere fluctus.

Hoc certum et ratum est, virus venereum, qua demum cunque via in fetus transplantetur, posse cum corporiculum contagio inficere, tum ophthalmiam venereum ingenerare. Qui vberiorem recentioris sententiae explicationem et confirmationem, veteris vero confutationem desiderant, id, quod querunt, intenuent in scriptis HVNTERI ^{o)}, qui sub auctore NISBETO primus omnium infectionem infantum sub partu enemientem obseruauit ^{p)}, SCHWEDIAVERI ^{q)}, FRITZI ^{r)}, GIRTANNERI ^{s)}, HECKERI

JOHN HUNTER *Abhandlungen über die venerischen Krankheiten, aus dem Englischen.* Leipzig 1787. 8. Seite 550.

D. IOH. CLEMENS TODE erleichterte Kenntniß und Heilung des Trippers. Kopenhagen und Leipzig. 1790. 8. Seite 5.

I. P. C. PFVLG Delineatio arthritidis atque ophthalmiae syphiliticae obf, illustrata, Havn. 1784.

n) NISBET theoretisch practische Abhandlung über die Luftseuche, aus dem Engl. v. CHR. FR. MICHAELIS übersetzt, Leipzig 1789. 8. Seite 459.

o) I. c. Seite 58.

p) I. c. Seite 549.

q) Practische Beobachtungen über hartnäckige und eingewurzelte venereische Zufälle. Wien 1786. Seite 11. 12.

r) D. IOH. FRID. FRITZI Handbuch über die venerischen Krankheiten. Berlin 1790. 8. Seite 17. 18. 238. etc.

s) I. c. Seite 428. 458.

CKERI f), MVELLERIN^u), DEASII^x, MELLINI^y), LIEVTAV-
DII^z) et aliorum, qui hoc argumentum perarduum et
eognitu difficile partim ratiociniis, partim experientia
explicare atque dilucidare studuere a). Eadem vero cau-
tio, quae in cognoscendis variis complicatis aut laruatis
morbis venereis necessaria est, ne in diagnosi peccet me-
dicus, hic praesertim adhibenda erit, dum, sola blen-
norragia simplici praesente, nihil omnino certi de na-
tura morbi dici vel decerni potest; tironem enim fugere
nequit, difficulter blennorrhagiam vinereum simplicem
a non venerea discerni.

§. V.

Simili quodammodo ratione vernix caseosa, si sub
partu difficulti aut obstetricis vitio in oculos infantum
tenellorum fertur, morbum producere valet. Siue
enim species muci acrimoniam, quae illi haut raro in-
est, siue mucum ipsum, tanquam corpus heteroge-
neum, irritationem et inflammationem oculorum produ-
cere possunt.

§. VI.

- f) Deutliche Anweisung, die venerischen Krankheiten genau zu erkennen und richtig zu behandeln. Erfurt 1791. 8. Seite 20, etc. Seite 272, etc.
- ii) D. LOH VALENTIN MVELLER practisches Handbuch der medizi-
nischen Galanterie-Krankheiten. Marburg 1788. 3. Seite 287.
- x) WILLIAM DEASES erfahrungsmässige Heilart der Luftseuche
und der damit vergeschaffeten venerischen Zufalle. Seite 124.
- y) I. c. p. 116.
- z) Inbegriff der ganzen medizinischen Praxis. 6. Theil. Franken-
thal 1785. Seite 211.
- a) Conferri praeterea meretur der englische Kinderarzt nach den
Grundsätzen der Herrn Moss und VNDERWOOD sowohl für Ael-
tern, als auch für Aerzte. Leipzig 1786. Seite 257.

§. VI.

Non solum vero causae externae, quas adhuc descripsimus, sed et causae variae internae hunc morbum efficiunt. Fieri enim potest, ut quaedam acrimonia versus partem debilitatam aut paullisper irritatam delata congestio nem humorum inducat, vnde effectus et metastasis facile in sequuntur. Accidit tunc, ut quaedam specificae acrimoniae, v. c. scrofulosa, venerea, rel. impetuosis ad oculos ruant, eosque grauiter afficiant b). Ad acrimonias iam dictas praeципue referto miasmia scrofulosum et rheumaticum c). Acrimoniam biliosam, quae in tenellis saepissime iterum producit, etiam ad nostrum morbum generandum aptam esse, nemo facile negabit. Id quod quotidiana experientia confirmatum videmus. Pertinent enim bilis via, icterus reliq. ad frequentiores huius morbi causas. Meconium vero frequentissime hic loci efficaciam suam, nisi cito ab infantum oculis remoueatur, exercere solet. Icterus generat et ophthalmiam. Nonne forte ex hoc et ex variis aliis rationibus concludere licet, bilem quadam affinitate cum meconio gaudere, aut forte ipsam bilem in intestinis tenelli in meconium mutari? Sed physiologorum est hoc ulterius disquirere.

§. VII.

Quaedam causae ophthalmiarum, quatenus incident in adultis, omnino etiam hic locum habere possunt. v. c. Sordes primarum viarum, congestiones sanguineae, cet. Reliquae causae ab auctoribus memoratae sunt diaetae vitia a matre commissa, dispositio parentum scrofulosa, venerea, phthisica d). An vero haec dispositio, patris prae-

b) BENIAMIN BELL *Lehrbegriff der Wundarzneykunst*, aus dem Engl. III. Theil. Leipz. 1787. Seite 235.

c) WARE l. c. BELL l. c.

d) REIL l. c. pag. 108.

praecipue, id tam frequenter efficiat, ut a quibusdam creditur, non satis probabile omnino mihi videtur, quoniam hic vetus logicorum decretum: *Positum hoc, ergo propter hoc*, locum habere videtur, et antea nominatorum morborum a parentibus ad infantes transplantationes, nisi in maiori gradu iis parentes laborent et adulti liberi in acquirendis horum morborum causis occasionalibus parentum vestigia premunt, rarissime aut nunquam occurrere solent.

§. VIII.

Causa ergo morbi proxima est affluxus humoris putidosi cum irritatione quadam coniunctus et puris naturam assumens d).

Sufficient haec de nosologia et aetiologya huius morbi. Vtteriorem enim disquisitionem breues instituti limites prohibent.

SECTIO ALTERA.

Therapeutica,

Secundum diuersas, quas antea nominauimus, causas ipsa huius morbi curandi methodus diuersa esse debet. Acrimoniae antea nominatae remedia ad easdem profiliandas apta requirunt, quae si pro natura sua ita com-

d) WARE I. c. BELL I. c.

pa-

C



parata sunt, vt tuto ipsis infantibus exhiberi non possint, matri omnium optimie sunt propinanda. Longior quidem haec via et remotior est, attamen non omni, vt falso quidam credunt, efficacia caret. Ad curationem topicam quod attinet, ali adstringentia leniora commendant e) alii emollientia f). Quilibet suam p[ro]ae ceteris methodum laudat, alterius vituperat.

Videntur pro re nata aut emollientia, aut adstringentia necessaria esse. Illicitum et nefas est utrisque sine discrimine vti. Si effluuium acre est, et partes vicinas laedit, antea omnino acrimonia corrigenda erit aut inuolnenda, quam adstringentia locum habere possint. Alias enim illa incommoda vere accidere solent, quae usum adstringentia sequi auctor est Cl. REIL g), emollientibus et inuoluentibus vero illa optime possunt praecaueri et auerti.

Si vero debilitas aut laxitas partium effluuium agent, tunc emollientia certe nocebunt h). Ex his praecipue laudantur lac tepidum, decoctum radicis althaeae vel aueniae, lac crocatum i). Adstringendi scopo commendatur Vitriol. Roman. aqua frigid. Aluminis, bolus Armena, flores zinci, aqua rosarum, aqua camphorata k), reliq. Impetum inflammationis arcent et deriuationem ad auertendam suppurationem peritilem promovent hirudines applicatae, tunicae internae palpebrarum scarificatio, purgantia mercuralia l), vesicatoria, rubefacientia, vlcera artificialia, reliq. Praecipua igitur cura medici in eo versari debet, vt materiae acri, e palpebris

stik

e) BELL I. c. Seite 237. WARE I. c.

f) REIL I. c. pag. 109.

g) REIL I. c. pag. 109.

h) BELL I. c. pag. 237.

i) REIL I. c. pag. 145 et 109.

k) WARE I. c. BELL I. c. p. 236.

l) SELLE Medicina clinica, Berolini 1789. p. 445.

stillanti, libera via praeparetur, vt facile possit defluere, vt acrimoniae stimulus oboluendo mitigetur, et partibus relaxatis atque debilitatis pristinus tonus restituatur. Id quod emollientibus et inuoluentibus antea nominatis, vsu corticis Peruiani et aquae frigidae commode poterit absolui.

Sufficient haec *de ophthalmia infantum recens natorum*. Liceat mihi vnicam solummodo obseruationem coronidis loco adiicere, cum plures, auspiciis Illustris STARKII institutas, breues, quibus circumscriptus sum, limites adducere prohibeant.

Alio forte tempore et loco id peropportune fieri poterit.

Infans quidam paullo post partum ictero, oculos praecipue fortius, quam reliquias corporis partes tingente, laborauit, isque, meconio rite e corpore eliminato, paullo leuior quidem redditus est. Sed paullo post accessit palpebrarum inflammatio, quae in initio angulos oculi internos, breui vero palpebras omnino occupauit, ita tumor increvit, vt oculi difficilime possent aperiri. Pus effluens erat discolor quidem in initio, paullo post iustum colorem et consistentiam acquisiuit. Tunica palpebrarum adnata tumida maxime et inflammatata maiorem in modum ex oculo prominuit.

Neque venerea, neque alia causa mali adesse videbatur, quam mucus cafeasus et liquor amnii acer non satis ablutus. Hinc infantis aluum leniter laxare et morbum topice curare consilium erat sequentis remedii ope.



R. Magnesiae albae ʒj.

Radicis Rhei ʒj.

Saponis Veneti ʒſs.

Seminis Foeniculi ʒſs.

M. F. puluis D. S. Des Tages so viel, als eine Bohne gross zu geben. Matri sequens puluis propinabatur.

R. Salis Glauberi ʒj.

Magnesiae albae ʒij.

Foliorum Sennae ʒſs.

Seminis Foeniculi ʒj.

M. F. puluis D. S. Früh, Nachmittags und Abends drey Messerspitzen voll zu nehmen.

Externe oculis infanti hoc remedium superhabere iussum est.

R. Aquae rosarum ʒj.

Florum Zinci gr vj.

Mucilaginis semenis cydoniorum ʒſs.

M. D. S. Die Augen damit auszuwaschen, oder mit Compres-
ſen aufzulegen.

Quibus adhibitis, effluvium imminutum est, et insans oculos adhuc inflammatos atque tumidos aliquantis per aperire potuit, nunc vero in dextro staphyloma, in sinistro oculo in cornea crassa macula alba apparuit. Matri Guaiacum cum Calomele, infanti vero vnguentum ex vnguento rosarum et mercurio rubro compositum praescribebatur. Quibus remedis quidem oculorum inflammatio sensim cessauit, residua tamen mansit macula in cornea et ipsum staphyloma,

VIRO

VIRO
PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO
IOANNI GOTTFRIED GOETZ
DOCTORANDO VTRIVSQUE MECINAE DIGNISSIMO
AMICORVM OPTIMO
S. P. D.

CHRISTIANVS FVERCHTEGOTT SCHMALZ

PIRNA MISNIC. OPPON.

Officio, quod amicis debemus, deesse viderer, si solemnam hunc disputationis inauguralis diem praeterlabi sinetem absque publica gratulabundi erga te animi significatione. Simulac enim ad lenensem litterarum vniuersitatem accessi, iisdemque TECVM disciplinarum magistris vti coepi, virtutibus TVIS captus, non solum consuetudinem amicitiamque TVAM intimam optaui, sed etiam eam quam studiosissime quaesiui. Quibus prius votis etiam euentus satis respondit. Nam me amicitiae vinculo TECVM coniunctum summo studio atque amore prosecutus es, atque multa singularis aduersus me voluntatis atque amicitiae exhibuisti specimina. Quae quam grata mihi fuerint, id si TIBI nunc vberius explicare, et sensus, quos animus mihi suggerit, exprimere omnes vellem, vix equidem scribendi finem habitus essem. De laudibus TVIS multa exponere, tam modestia TVA, quam leges amicitiae vetant. Propterea veniendum nunc est ad id, quod mihi hanc scribendi iucundissimam occasionem praebuit. Gratulor nempe TIBI de hodierno die, quo diligentiae atque doctrinae TVAE praemia accipis. Gratulor familiae TVAE honestissimae de filio et fratre tam egregie educato. Gratulor denique mihi metipsi de amico summis in medicina honoribus exornato. Quod superest, enixissime a TE peto, vt me etiam in posterum benevolentia atque amicitia TVA haud indignum censeas. Scripsi lenae d. XVIII. Februar. MDCCXCI.

Iamiam instat dies solemnis, Amice suauissime, quo sumnum diligentiae industriaeque praemium auferas. Me hodie, eadem tecum patria, eademque vrbe paterna natum, prae ceteris preuocas, ut quaeuis tibi fausta ominer, et munus aduersarii iamme suscipiam. Quod quidem perlubenter facio, et sicut scriptam manere litteram dicimus, ita et ego publice in memoriam amicitiae tibi ex animo gratulor. Consuetudine tua per aliquod temporis spatium prae ceteris fruebar, atque adhortationibus tuis ac exemplo multum debo habeoque gratias. Diligentiam imitari atque aemulari tuam, nec non liberales, quos quisque in te obseruauit mores, nunquam obliuiscar; quocirca quidem te, si quid vota hominum valerent, diutius hic morari exoptarem. Patica nunc accipe verba, quae sincera profert amicitia, et dein, cum redeas in patriam, vale! Per longa tempora felicem fata te seruent, praemij scientiarum atque liberalitatis in perpetuum fruaris, meque tворum in numero amicorum semper habeas.

JO. CHRIST. FRID. WEINLIG

OPPONENS.

THE-

THESES

I.

*Doctrina de diebus criticis medico pratico in curandis
morbis humoratibus pernecessaria et proficia est.*

II.

Vesicatoria medico sunt saepissime medicamenta aurea.

III.

Dantur morbi salutares.

IV.

Febris saepe est morbus salutaris.

V.

Sine irritatione inflammatio oriri nec potest, nec est.

VI.

*In omnibus morbis inflammatoriis sanguis praeter natu-
ram resolutus est.*

VII.

*Omnia vulnera, quin ipsa leuis incisio, per inflammatio-
nem curari debent.*

VIII.

VIII.

Symphyses ossium pelvis in partu difficii semper a viribus naturae dilatantur.

IX.

Liquor amnii foetum non alit.

X.

Multa phaenomena e situ nervorum explicari possunt.

XI.

Motus partium corporis humani pendet a fibris, et sensibilitas harum partium a spiritibus nervorum.

XII.

In systole cordis semper manent quaedam guttulae sanguinis tam in ventriculis, quam in sinusbus.



Ua 3991 E

ULB Halle
003 793 516




3

A

Sh.

B.I.G.



DISSESSATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE

OPHTHALMIA INFANTVM RECENS NATORVM.

QVAM

RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

CAROLO AVGUSTO

DUCE SAXONIAE IVLIACI CLIVIAE MONTIVM ANGARIAE ET
GVESTPHALIAE LANDGRAVIO THVRINGIAE REL.

GRATIOSI MEDICORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRO GRADV DOCTORIS

MEDICINAE AC CHIRVRGIAE

A. D. XVIII. FEBRVARII CIO IO CC XCI.

PVLICE DEFENDET

AVCTOR

IOANNES GODOFR. GOETZ

DRESDENSIS.

IENAE

TYPIS GOEFFERTIL.

